

cupitis osecuti. in omnes sanctos in hanc precem
ore consono proferre possitis. et corde mundo diligere
ut Christus sedens ad dexteram patris. in ore vestro sua
verba videat. et in corde vestro sua precepta. et hic
vos custodiat. et in futuro dignos efficiat. ipsi
gloria in secula seculorum Amen.

Explicat sermo beati Augustini de oratione dominica

Incipit expositio eiusdem super Symbolum.

Queso vos fratres ut nobis referantibus
expositio symboli attentius audiat
quod hec trima virtus symboli est. sacra
menti doctrina. illuminatio anime. plenitudo
credendi. In eo si quod docet a deo. et unitas est tri
nitatis distincta et trinitas personarum. et opulen
tia creatoris. et redemptio passionis. Hoc. natus
infidelitatis absoluit. hoc vite ianua pandit
hoc gloria confessionis ostenditur. Symbolum dilectis
simi fratres. breue est verbis. sed magnum est sacra
menti. paruulum ostendens immensitatem latitudinis
sed totum continens compendio breuitatis. Exiguus
ut memoriam non obruat sed diffusis intelligentiam
supcedat. confirmans omnes perfectiones credendi
desideria confitendi. fiduciam resurgendi. Digne
ergo et attentiores et frequentiores. et pro ratione temporis
ipsius. puriores ad audiendum symbolum uestris
Quicquid ei prefiguratum est in patriarchis. quic
quod denunciatum est in scripturis. quicquid predicatum